



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Comparatur cum Salustio. Capvt LXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

nibus acer, & effeax, in numeris prudens, & moderatus, in affectibus rex, & triumphator. Et hæc ad commendationem Romanæ eloquentiæ parentis sint allata. Cicerone de viuis sublato, natiuus ille flos Romanæ eloquentiæ emarcuit, & occupata ab Imperatoribus republica, quæ fuerant antea grauitatis in tumida, fucata, ancillansem denique facundiam paulatim degenerauerunt. Quæ sua enim tunc ad aurium delicias affectatio verborum, concisio periodorum, & illa acuminata tam crebra, quibus multa necessario frigida solent obrepere, ad summum effusa in castam si lingua latine religionem peregrinitas penè omnia corrumpit. Quamquam nolim ego Heroes illos Salustium, Senecam, Cornelium Tacitum, Plinium Iunio-rem, & si qui sunt similes corruptæ eloquentiæ instigare, non patiar tamen eos à suis amatoribus Ciceroni, vel præferri, vel etiam æquari, quod in duobus antesignanis ostendam.

Comparatur cum Salustio.

CAPVT LXXII.

**M**agna Salustij apud cruditas quasq; aures commendatio, nam passim, ut proprietas in verbis resistentissimus, comptorum, atque integrorum sensuum fecundus, concinnæ breuitatis artifex, Romanæ denique historiæ scriptor florentissimus laudatur. Quam illi palmam in manibus infringere nemo sanus conetur. Sed neque prudens vllus rerum æstimator fuerit, qui eundem Ciceroni adæquare velit, Nisi forte quis Cydnum fluium non spatio aquarum, sed huiusmodi memorabilem, si forte leni aluco placidius manantem viderit, cum Nili magnitudine, copia, specie conferendum putet. Sic sane Salustius subtilis, acer, comptus, & in sua breuitate plerumque felix, & luculentus: Quando tamen illam Ciceronis maiestatem, & vim fecundissimi pectoris instar torrentis effervescentem, cum suis licet acutè vibratis sententijs attinget? Adde quod styli gloriam multis naui infuseauit, quos ipsa colere non potuit antiquitas. Augustus quippe Cæsar cacozelis haud mediocriter infensus compilatas ex antiqui Catonis originibus voces illi obijcit, quæ causa Asinium Pollionem venustissimum oratorem mouit, ut contra Salustij stylum scriberet, Lenæus verò grammaticus Pompeij libertus non contentus eum

Lurconem, Popinionem, ac Lastaurum nominasse. *Vita quoq; scriptis monstrosam*, ac M. Catonis verborum furem inereditisimum appellat. Quamquam hominis stomacho, haud credendum in omnibus. Certe Gellius cum verborum nouatorem agnosceret, & hoc nouandi studium cum multa inuidia fuisse memorat: Seneca in eodem amputatis sententijs, & verba ante expectatum cadentis, & obscuram breuitatem, quam pro cultu habuit, animaduertit, quæ profecto verissime dicta sunt, & Salustium legenti passim occurrent. Qualia sunt illa. *Equos ascendere, Colos exanguis. Maiores vestrum. Oppidum valens, & opulens. Supplicia Deorum. Ad bellum Persis, pro Persidis, & similia, quæ à Salustio scripta Fronto, Priscianus, & Agretius agnoscunt. Iam obrupta, & ambigua sententiæ, quàm crebra sunt in eo, & affectata, ut faciant idem maioribus suis, quos dixisset alius imitentur maiores suos. Ea sententiæ fecerunt aliquos interpretes, qui sic reddere, ita egerant erga nos, voluit credo Salustius æquari, ac illum imitari.*

*Inuicem qui seruat idem facit occidenti. Item Quæ postquam gloria modo, neq; belli parandi cognouit. Significat voluit, ad bellum parandum minime pertinere. Huius breuitatis studio nonnulla plerumque à Thucidide, & Demosthene accepta, quamquam satis concisè dicta, cogit in loquendi compendium, quo fit, ut eius sententiæ nimis amputatæ sint, & exiles. Demosthenes Olynth. 2. scripsit. Αἰ γὰρ ἐν πρᾶξιν ἐν αἰσιν συγχρόσια, καὶ συσχεῖται τὰ τοιαῦτα ὀνειδῆ εἰ δὲ ἡ πρᾶξις τότε ἀξιβῆς αὐτῆς πάντα ἐξεται ὀνειδῆται, quod ille per concinnam periodum ad maiorem perspicuitatem, & grauitatem extulit, Salustius amputans reddidit. *Secunda res mirè iuni vitis obuenit. Quæ omnia si rectè perpendantur, longè à Ciceronis felicitate, auctore, atque elegantia discedunt.**

Comparatur cum Seneca.

CAPVT LXXIII.

**D**vo post homines natos a bitror, apud Romanam gentem exiisse summa, & prope diuina in rebus humanis ingenia, Ciceronis, & Senecæ, quamquam in diuerso, ut apparet, genere nituerunt. Vtrique mens ampla, præcella, & (ut cum Plinio loquar) quondam igne volu-